

Provisio honoris verbis iniuriosis lesi.

191

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae etc: Jamatis proconsulibus, consulibus civitatis nostrae Elbingensis, fidelibus dilectis gratiam regiam. Jamati fideles dilecti. Nuper nomine Jamatorum Jacobi Alexvanger, et Michaelis Brochuager, convivium et consulum vestrorum delatum erat ad nos, quomodo Jamatus Bartholomeus Voit, dum ab eo per consulatum Elbingensem thelonium noviter a nobis institutum exigeretur, idem ipse Bartholomeus quominus thelonium solveret, minus tergiversationibus uteretur, tandem dictos Jacobum et Michaellem, quasi ipsi, dum nomine reipublicae Elbingensis in conventu terra Prussia legatione fungerentur, eiusdem novi thelonii aucthores essent, probrosis et contumeliosis verbis affecit, idque frequenti senatu vestro. Sed is ipse Bartholomeus his diebus venit huc ad nos, longeque aliter per libellum suum nobis oblatum rem omnem recensuit, quin criminationem omnem in dictos Jacobum Alexvanger, et Michaellem Brochuager retorsit, asserens se ab eis senatu motum, indignumque reputari cui in senatu consederent, Michaellem vero ipsum vita et fama sua

minitari

minitari. Nobis tota haec contentio et
causa vehementer displicet, mallemus e-
nim cum omnibus subditos nostros, tum
etiam vos concorditer vivere. Sed cum
res eo devenit, ut sine iudiciali co-
gnitione determinari non possit, nos
vero, praeterquam quod depositione eius
causae non adeo plenè edocti sumus,
etiam maximis et difficillimis repu-
blicae curis distingimur, eidem conten-
tioni dirimenda, praesertim tam procul
agentes, intendere non potuimus, quin
de toto ipso negotio ad vos referimus,
et eo magis quod res et disceptatio i-
psa, coram vobis et in conspectu omni-
um vestrum acta esse perhibetur, idem
vobis committimus mandantes, ut tem-
pore et die competenti, nec etiam ne-
gotio in longum protracto, ne mora
ipsa alterutri partium novermento sit,
accersitis ad praesentiam vestram par-
tibus praedictis, auditisque et maturè per-
pensis earum propositionibus et respon-
sis, pro prudentia et fide vestra rem
inter easdem partes ita pertractetis et
componatis, ut intra senatum vestrum
et domi, lis omnis consopiri et dirimi
posset, salva utriusque partis integrita-
te fama et honoris, detisque operam, nè
malum hoc latius serpat, et ad externa

iudicia

1523
iudicia devolvatur, scientes, si controversi:
am hanc quoque honesto modo seda:
veritis, rem nobis gratissimam eo factu:
ros. Datum Cracovia 1523.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

